Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



et mater eius et uenit in memisset. Audiens autem
quod archelaus regnaret in iudea pro herode patri suo timu
it illuc ire et admonitus in somnis secessit in partes galileae
et ueniens habitauit in ciuitate que uocatur nazareth
ut adimpleretur quod dictum est. per prophetas quia nazare
us uocabitur. Puer autem crescebat et confortaba
tur plenus sapien tia et gratia erat in illo et ibant pa
rentes eius per omnes annos in hierusalem in die sollemni
paschae. Et cum factus esset annorum duodecim ascenden
tibus illis in hierasolimam secundum consuetudinem diei
festi consummatisque diebus cum redirent remansit puer
in hierusalem et non cognouerunt parentes eius existiman
tes autem illum esse in comitatu. Uenerunt iter diei et re
quirebant eum inter cognatos et notos et non inuenientes
regressi sunt in hierusalem requirentes eum. Et factum
est. post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in
medio doctorum audientem illos et interrogantem illos.
Stupebant autem omnes qui eum audiebant super pruden
tia et responsis eius. Et uidentes admirati sunt. Et dixit
mater eius ad illum fili quid fecisti nobis sic ecce pater tuus
et ego dolentes quaerebamus te. Et ait ad illos. quid est.
quod me querebatis nesciebatis quia in his quae patris mei sunt
oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt uerbum quod lo
cutus est. ad illos. et descendit cum eis et uenit nazareth
et erat subditus illis. et mater eius conseruabat omnia uer
ba haec in corde suo. et ihs proficiebat sapientia aetate
et gratia apud deum et homines.

Sui de ordine praedicationis. Iohannis baptista in hieronymes quattuor..

Iam hinc de praedicatione iohannis nasseri in capit quae
omnes quattuor commemorant. Iam et matheus
post illa uerba quae ultima eius posui ubi commemorauit